ſurdis auribus principis exaudiuntur: prǽmi
um & ſupplicia iudicum irrogantur arbitrio.
Nunquam recordabare mortalitatis tuæ? nõ
veniebat in mentem fragilitatis & inconſtan
tiæ rerum humanarum? non ſuccurrebat Io/
uis ſuperni teſſeras nũquã nõ recte cadere?
an tibi narium putabas affuturum, cuius ſa/
telles fędere ſcelerum ac nefaria ſocietate cõ/
iunctus fuiſti? At ipſe porro nequicquã ſuos
errores deplorat. CÆS. Nolim Sylla tibi per/
ſuadeas me vllius neceſſitudinis gratia ſecu
tum fuiſſe partes Marianas: verum quod oc
cupandus ea potiſſimum via principatus vi
debatur. Ad excitandum vero bellum ciuile
ſum neceſſitate compulſus, quum reſcinden
da magnis viribus tot impedimenta fuerint:
alioquin parricidium eſſet ciuium ſanguine
manus commaculare: quos tamen vniuer/
ſos præter capita factionis aduerſæ incolu/
mes volui: vndique mea vox in Pharſali/
co prælio circumſonabat, vt ciuibus parce-
retur: multique iam profligatis omnibus ad-
uerſariis, & bellis ciuilibus extinctis mea cle-
mentia ſeruati ſunt, quum pœnam iure belli
meruiſſent. SyL. Tanti ne fuit iſtec domina
tio, vt per vulnera reipublicę peteretẽ? CÆS.
Propter imperium nihil non fas eſſe, in cęte-